

omnium regionum' adhortatur: 'Omni timore', 'Ubi usque', 'Omnium vestrum'. J. 2642. Ivonis decr. X, c. 87 (Coll. Brit. Leonis ep. 28).

Eiusdem ad omnes Galliarum episcopos de Hincmaro, qui superbiae tumore inflatus imperatorem una cum fratre Carolo rege et uxore ac filiis anathemate iniuriasset: 'Relatum nostro'. J. 2618. Coll. Brit. Leonis ep. 37.

Eiusdem ad Hincmarum archiepiscopum Remensem epistolae:

a. concedit ei pallium cotidianis usibus: 'Pallium frater'. J. 2608. Collectio Brit. Leonis ep. 13.

b. litteris Lotharii imperatoris et Ludovici regis fratris eius commotus Falcaricum imperialem vasallum ab Hincmaro excommunicatum ecclesiae iterum sociari iubet: 'Vasallus quidam'. J. 2614. Coll. Brit. Leonis ep. 22.

c. scribit de confirmanda synodo Suessionensi se haesitare cum aliis de causis, tum quod 'imperialis epistola' nondum allata sit, 'quae hoc, quod expetendum Hincmarus miserit, specialiter indicare potuisset': 'Causas pro quibus'. J. 2631, Mansi XIV, p. 886 ex Hincmari ep. ad Nicolaum.

d. praecipit, ut congregata synodo sacerdotum, qui in synodo Suessionensi depositi sedem apostolicam expetierint, iterum sententia tractetur: 'Inhonestum atque'. J. 2632. Coll. Brit. Leonis ep. 11.

Eiusdem ad singulos episcopos Galliae epistolae:

a. Ebruino Silvanectensi et Ermenfrido Bellovacensi episcopis mandat, ut absolvant presbyterum quendam excommunicatum: 'Quia praesulatus'. J. 2624. Gratiani decr. C. 1, qu. 4, c. 5 (Coll. Brit. Leonis ep. 39).

b. Fredulum Narbonensem et Audesindum Elenensem episcopos excommunicat, donec Gautam presbyterum ab eis pro crimine non comprobato excommunicatum pristino restituant honori: 'Cum venerabiles'. J. 2623. Coll. Brit. Leonis ep. 5.

c. Georgio duci Aemiliae scribit, se suos opprimi numquam passurum esse: 'Scire vos'. J. 2627. Ivonis decr. X, c. 84 (Coll. Brit. Leonis ep. 7).

d. Iohanni archiepiscopo Ravennati idem quod Georgio duci, fratri Iohannis, scribit: 'Videte quia' ('Pro certo scitote'). J. 2628. Ivonis decr. X, c. 85 (Coll. Brit. Leonis ep. 8).

e. Prudentio episcopo Trecensi mandat, monasterium ab Adremaro monacho conditum ita consecret, ut sub iure et potestate s. Romanae ecclesiae permaneat: 'Cognoscat prudentia'. J. 2657. Baron. Ann. eccl. A. 855 N. 19.

f. Victori patriarchae Gradensi pallium tribuit: 'Diebus vitae tuae'. J. 2616. (Ughelli, Italia sacra V, p. 1106.) In tabularii Venet. cod. Trivisiano fol. 45; cf. Kaltenbrunner Sitzungsberichte der Wiener Akad. 94 (1879), p. 644.